



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

Possitne licitè fieri peccatum veniale pro mundi salute?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

dinem animæ contamineat. Quod feruorem caritatis tam utilem & necessarium imminuat. Quod vires animi debilitet. Quod retardet à gloria. Quod impediât augmentum gratiæ & gloriæ, ac dsni que quod viâ paret ad mortale

POSSITNE LICITE COMMITTI
*peccatum veniale, ad salutem totius
 vs. mundi procurandum.*

§ Thomæ, cæterorumque Doctorum communis opinio est, si totius mûdi conflagratio, & omnium hominum æterna damnatio, vno mendacio posset caueri, potius permitteadam esse totius mundi, & omnium hominum iacturam, quàm proferendum mendacium, licet paruum.

Primò, quia non sunt faciēda mala, vt eueniant bona, vt loquitur S. Paulus. *Rom. 3.*

II. Quia Dominus dicit in Euāgelio. *Matth. 10.*
*Quid prodest homini, si vniuersum mundū
 lucretur, anima verò sua detrimentum pa-
 tiatur? quasi dicat nihil.*

III. Quia homo plus debet diligere animam suam, quàm omnia alia, & ideo ne minimum quidem damnari inferre

inferre debet illi, pro incolumitate aliarum rerum. Peccatum autem veniale, quantum damnum afferat animæ iam dictum est.

IV. Quia noster finis est, Videre Deum, & ideò nihil facere debemus, etiam pro toto mundo, quòd nos ab illo fine retardet. Peccatū autē veniale retardat.

V. Non modo pro toto mundo, sed nec pro salute ceterum millium mundorum debemus agere quidquam, quo offendantur Deis, vel quod Deo displiceat. At peccatum veniale verè Deo displicet, ac proinde & illum offendit: quare nec committendum est, quamvis multi sint, qui putāt ad vitam vnus hominis seruandam licitum esse etiam iuramentum falsum præstare.

Caietanus Cardinalis in *Summa* sua dicit, eum qui parui facit peccata venialia, non habere magnam animæ suæ curam, seq; multis bonis spoliare fructibus. Angelum idem custodem propter illa subtrahere suam curam, & à multis malis non præseruare eum, qui negligit sibi ipsi benefacere. Quæ res est consideratione dignissima.

S. Catharina Senensis, vt est in eius vita, ait multum Deo displicere culpam quantumuis paruum, si frequenterur,
& con-

COMMUNIONE. 189

& coniuncta sit cū contemptu, & quando homo negligit eam per pœnitentiã & contritionem corrigere.

S. Brigida, cui sæpè id fuit reuelatum, affirmat vehementer Deo displicere peccata venialia frequentata & contempta, eaque grauitè ab eo sæpè castigari.

PECCATA VENIALIA ESSE
noxia communicantibus.

DOCTORES, & inter cæteros Tabiena in *Summa* tradunt quando quis non vult abstinere ab aliquo peccato veniali, aut ad communionem vadit cum actuali peccato veniali deliberatè, eum priuari effectū gratiæ Sacramentalis qui est proprius huius Sacramenti effectus. Gratiæ autem Sacramentalis est dulcedo quædam spiritualis, quæ deuotionem alit & vitiorum inclinationem debilitat. Hæc autem dulcedo potius experientia, quàm scientia discitur. Quod certè magni faciendum est, vt deuotio nimirum conseruetur. Atque hinc fortè fit, quòd multi, dum Sacramenta frequentant, non tamen hanc dulcedinem experiantur.

SPIRITUALES HOMINES
non proficere in spiritu, quòd parui faciunt venialia.

100.